

## **Acta sanctorum**

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae  
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies primus et secundus continentur

**Bolland, Johannes**

**Parisiis et Romæ, 1866**

De B. Artaldo, Ordinis Carthusiani, Ep. Bellicensi Conf. In Beugesia, Galliæ  
Privicia. Commentarius Prævius.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73889](#)

A

D

## DE B. ARTALDO, ORDINIS

CARTHUSIANI, EP. BELLICENSI CONF.

IN BEUGESIA, GALLÆ PROVINCIA.

J. B.

## COMMENTARIUS PRÆVIUS.

## § I. B. Artaldi cultus, natales et vitæ institutum.

ANNO MCCVL.  
Artaldus Cartusius Arveriensis in Beugesia alumnus,

**B**eugesiana provincia, quam nonnullis Sebusianam appellari placuit, Galliæ tractus est Rhodanum inter et Idanum situs : Idanus (l'Ains) eam a Brexia dividit; ceteri ejus limites sunt Burgundiarum comitatus, ager Geziacus, Sabaudia et Delphinatus. Le Bugey Galli vocant. Qua Rhodanum versus et Sissum (Sissel) urbem protenditur, exiguis quidam terræ tractus situs est, cui Vallis Romanæ (Val-Romey) nomen est inditum. Valromesium recentiores dicunt; alibi vero Veromae vallem, et in Testamento Humberti, domini Montis-Iupelli, anno 1256 condito, apud Guichenon in Bibliotheca Sebusiana centuria 1 pag. 148 Verrumneis appellatum invenio. Veromesium habet apographum nostrum Vitæ B. Artoldi, forsitan corrupte pro Veromesium, quod equidem ad Veromae pagum accedit proprius. Porro in Valromesio et Gebennensi diocesi, cuius sedes Aniciacum Sabaudiæ Catholicorum discessione translata est, sita est Arveria, ubi B. Artaldus Cartusianorum, quorum Institutum erat amplexus, monasterium condidit et corporis sarcinam exiit.

licet a paucis  
scriptoribus

**2** Numero pauci B. Artaldi, Artoldi seu Arthaudi meminere scriptoribus : in his Sammarthani fratres in Gallia Christiana, ubi de Episcopis Bellicensibus; D. Carolus Josephus Morotius in Theatro chronologico sacri Carthusiensis Ordinis pag. 43; Samuel Guichenon in Serie chronographica episcoporum Bellicensium pag. 36 et 145 : priore loco ex veteri Ms. canonii Portarum, in quo B. Artaldus Carthusianorum Institutu sese addixit, hoc compendio refert : Artholdus, adhuc et Carthusianus et Sanctus, dum hominum fugit frequentiam, ab hominum frequenta desideratur, et a solitudine et eremo d'Arvieres, lumine e celo latitante detegente, evocatur, et Bellicensi ecclesiæ praeficitur circa annum salutis MCLXXXIV. Vix potuit bonus Vir per aliquot annos antistitis munere fungi, renuntiat ergo, renidente, sed nihil proficiente clero, etiam et populo, episcopatu, et ad solitudinem d'Arvieres, inter perpetua frigora, impiger remeat, ubi pie vivit, et pie moritur annosus valde : nam anno Salutis mccc, beatus Hugo, Lincolniensis in Anglia episcopus, senem, et Sanctum in cellula commorantem invisit.

et uno tantum  
Martyrologo  
celebratus;

**5** E martyrologorum vero classe unus mihi Castellanus occurrit, qui B. Arnoldum Martyrologio suo Gallico hisce verbis, Latine redditis, ad diem 6 Octobris inseruit. Bellicæ in Brexia, Venerabilis Artaldus illius civitatis episcopus, ex Carthusianorum Ordine, cultus a populis ob

prodigia, que ad illius tumulum contigerunt : in quæ pauca observo. Brexiæ (la Bresse) Beatum ea de causa adscribit, quod Beugesia seu Baugesia haud raro scriptoribus Gallis pars sit Brexiæ provinciæ. Bellicæ vero propterea Beatum fortassis annunciat, quod hujus civitatis infusas gesserit : neque enim Bellicæ B. Artaldo, quod quidem sciam, honores sacri speciatim exhibentur, neque illuc sacræ illius exuviae, sed Arveriæ in diæcesi Gebennensi seu Genevensi conquiescent. Porro Artaldum Venerabilis duntazat titulu a Castellano decorari, morari neminem debet : nam hunc sese titulum etiam iis adscribere, qui solemniori quidem, non tamen omni, cultu ecclesiastico parent, Castellanus ipse lectorem prævie monet.

**4** Ex horum vero numero esse B. Artaldum, cultum tamen maxime in Ordine Carthusiano,

Guichenon docet, verbis num. 2 transcriptis subjiciens, beatum Virum non modo in opinione sanctitatis apud omnes ex hac vita decessisse, sed etiam ab Ordinis sui alumnis tamquam Beatum consuevit commemoratione; quæ sequitur : Vir Dei Arthaudus, ex Carthusiano grege ad Bellicensem præstatum arctatus, senio confectus, ad claustrum sui quietem rediens, in Arveriæ eremo in pace Deo spiritum reddidit. Deo gratias. ¶ Justus ut palma florebit. Versum sequens Oratio excipit : Da nobis, quiescimus, meritis et interventione B. Arthaudi, confessoris tui atque pontificis, ita viam hujus vitæ in stadio laboriosi certaminis pertransire, ut, quæ mundi sunt, postponentes, ad aeternam requiem valeamus pervenire. Per Dominum nostrum etc. Hinc itaque qualcumque illius cultus liquet : Beati vero titulum illi propterea adscripsi, quod hoc tantum apud suos ex jam dictis gaudeat, quamquam Sanctum subinde appellatum fuisse, non ignorem. Fecit id, ut alios faceam, Joannes de Passelague, Bellicensis episcopus, qui anno 1640 Artaldi reliquias Arveria visitavit et veneratus est, in confecto ea de re instrumento quod apud Guichenon citatum pag. 145 videre est.

**3** Sic habet : Anno Salutis millesimo sexagesimo quadragesimo, die vero nona mensis Augusti, ego Joannes indignissimus episcopus Bellicensis, rogatus a venerabilibus patribus Priore, et Religiosis monasterii de Arveria Ordinis Cartusiensis, de consensu et permissione illustrissimi et reverendissimi D. Justi episcopi Gebennensis (quippe in cuius, ut dixi, diæcesi Arveria sita est) ossa et reliquias sancti Artholdi, quondam Bellicensis episcopi, ex dicto Carthusiensi Ordine assumpti, in quadam sepulchro lapideo, prope et extra parvam portam chori ecclesiæ dicti monasterii de Arveria ad Meridiem inventas visitavi, easque devote veneratus, ea,

qualcumque obtinuit  
sub Beati  
titulu.

qua

AUCTORE  
J. B.

A qua potui, reverentia reposui, sic signatum: Joannes episcopus Belicensis, Fr. Claudius de Hœc, Prior Petracastri (*in Beugesia*) convisitator provinciae præsens, Fr. Claudius Rosier Prior Arverie. *Pauca haec de B. Artaldi cultu sacro nobis innotuerunt: pauca item de ejusdem Actis, priusquam ad Beati res gestas properemus, hic annotamus.*

*Secundum ejus Acta, quarum notitia datur,*

6 *Acta beati Artaldi ad Majores nostros misit D. Leo da Vassour et cartusia Borbonensi prope Gallionem (Gaillon, in diæcesi Ebroicensi) anno 1667, ut ex ejus litteris partim ea de re scriptis didici: unde porro his illa accepit, quo fuerint auctore conscripta, aut quo tempore, nec ex supradictis litteris, nec ex ipsis Actis eruere potui; ad horum calcem hæc verba subjecta leguntur: Vita ejus ex Ms., sed quibus qualibuscum, non additur. Fortassis ipsenam Leo, quæ ad nos Acta transmisit, ex Ordinis sui documenta hinc inde collectis exaravit. Certe scriptoris ætatem ab Artaldi ætate paulo ut minimum remotiorem innuerunt verba, quibus num. 7 prodigia divinitus patrata ad Beati tumulum Jugiter coruscasse ait. Sed quisquis is fuerit, id certum est,*

B *inter alia Ordinis sui documenta, præ manibus illum habuisse Vitam S. Hugonis, Lincolniensis episcopi, ab auctore æquali conscriptam, e qua, quidquid de Hugone, Artaldum Arverie visitante, num. 6 referat, mutuatus est; neque forte deterioris notæ sunt monumenta cetera, quæ consultuit. Acta equidem satis sincere scripta apparent; licet nœvi quidam in apographo nostro occurrant momenti levioris, quos suis locis indicabimus. Nunc Beati res gestas ex Actis audiamus.*

*natus sub anno 1101 nobili loco in Beugesia,*

7 Si B. Artalus, quod *Acta* referunt num. 7, ex hac vita discesserit anno Christi 1206, ætatis vero 103, fuerit in lucem editus anno 1101 aut sequenti: *Valromesum, cuius num. 1 notitiam habet, patriam habuit, ortus Patre nobili, domino de Sothnode, ut num. 1 in Actis diserte legitur. Jam monui, nœvos quosdam, sed levioris momenti, in apographo nostro subinde occurrere; qualis forte latet in voce Sothnode, pro qua verosimiliter scriendum Sotonod: hujusmodi enim locum, in Valromesum situm, Samuel Guichenon in Historia Brezia et Beugesia Gallice scripta, part. 1 cap. 21, pag. 55 memorat,*

C *B. Artalum Brezia et Beugesia viris illustribus his verbis adscribens: S. Arthaudus seu Artholdus, primus Carthusia Arveriensis Prior, post quadragesimus septimus Belicensis episcopus, domini de Sotonod in Valromesum filius. Porro Sotonod ex eodem Guichenon citato part. 2 pag. 106 castrum est in vico Songieu situm, cuius dominium in varias temporum lapsu familias, ibidem enumeratas, translatum fuit.*

*Sabaudie comitibus*

8 *His natibus ortus, ad profanos honores et sæculi delicias aspirare B. Artalus poterat: sed, inquit Acta, nobilitatem suam ad cælesti dignitatem consequendam convertit, calatusque seculi honoribus, ac aule comitis Maurianensis spretis delitibus, Dei cultui se totum ab ipsa adolescentia dedicavit. Mauriana Sabaudie tractus est, in quo civitas cognominis (S. Jean de Maurienne) episcopatu et comitatus titulo insignis ad Arcum fluvium; Artaldi ætate Sabaudie comitibus parebat: sed Actorum scriptor, non modo Maurianam, sed etiam Beugesiam, B. Artaldi patriam, cum adolesceret, penes Sabaudie comites fuisse videtur innuere, cum tum patriæ, Sabaudie comitibus subjectæ, quantum*

*Octobris Tomus III.*

*quidem appareat, tum nobilitatis sue titulo ad illorum aulam aditum Artaldo patuisse, non obscure significet: id vero difficultatis aliquid patitur, partim ex eo, quod B. Artalus jam inde annis aliquot Cartusianum habitum prius gessisset, quam anno 1159, ut paulo post videbimus, Arveriensis Prior fuerit constitutus; partim vero ex eo, quod anno dumtaxat 1157 Sabaudie comitibus Beugesiam cessisse, nonnulli scribant.*

9 *In his Guichenon, qui part. 1 Brezianæ tunc parente, et Beugesianæ Historiæ cap. 9 pag. 18 Beugesiam scribit ab Henrico IV Imperatore Amedeo II Sabaudie comiti, iis exceptis, quæ in Beugesia Belicensis episcopus, Nantuenses, Ambroniacenses et S. Ragneberti abbates possidebant, fuisse donata anno 1157, quo tamen nullus Henricus imperabat. Verum ab hac sententia idem scriptor describit lib. 11 cap. 5 Historiæ Geneal. Domus Sabaudicæ pag. 209 et seq., ubi Beugesiam Amedeo II Sabaudie comiti ab Henrico III imperatore concessam scribit, cum hic anno 1077 per Sabaudiam Italianum adiit, ut a Gregorio VII Romano Pontifice anathematis nezu solveretur: quo etiam loco priorem sententiam, quam Pingonio tribuit, fabulosam appellat. Henrici in Italianum iter Lambertus Schafnaburgensis, scriptor æqualis, litteris tradidit, atque inter alia Amedeum ab Henrico provinciam quamdam Burgundia (verosimiliter Beugesiam, regni Burgundici olim partem, et ditioni Sabaudicæ vicinam) bonis omnibus locupletissimam impetrasse; quod postremam Guichenoni sententiam non parum confirmat; maxime cum alioquin statui nequeat, ut idem Guichenonus ait, quo pacto Beugesia ad Sabaudie comites fuerit devoluta: ut adeo Actorum scriptor nihil hoc loci, quod temporum illorum historiæ repugnet, videatur innuere. Quid porro de Artaldo memoret, audiamus.*

10 *Artalus, qui a teneris unguiculis divino Cartusianis cultui se totum addixerat, in tuto se esse non crevit, nisi ad innocentiam morum spontaneum vita rigorem et perfectam mundi fugam adgugenget: itaque, inquit Actorum scriptor, Carthusian Portarum sub Bernardi, primi eremi (ejusdem) incolæ et Prioris, sanctitate celebris, obedientia ingressus est. Tum B. Artalum ab orationis studio, temperantia, vigiliis, animi demissione et accurata Cartusianarum constitutio-  
num observantia, paucis quidem, non tamen mediocriter commendat, de quibus nec fas ambigere, nec opus est multa dicere: priusquam tamen alio progrederi, notitiam loci, in quo spiritualis militia rudimenta potissimum hausit, ex Guichenoni Historia Brezianæ et Morotii Theatro Cartusiano subficio. Situm hoc Cartusianorum domicilium est in Beugesia, hanc procul S. Ragneberti oppido, S. Rambert Galli dicto: originem suam debet Bernardo et Pontio, monachis Benedictinis, qui, ex Ambroniacensi monasterio bona præsul sui Desiderii ventia arctioris vita desiderio in locum vulgo Portes, ob rupes ita illico a natura dispositas, ut speciem quamdam portarum præ se ferrent, sic nuncupatum, profecti et socii prædisisque sensim aucti, Cartusianum illuc institutum invenserunt.*

11 *Exstant ea de re ipsius Desiderii, Bernardo et Pontio a sua obedientia non modo solventis, sed et terras, quas in eremo Portarum Ambroniacense monasterium possidebat, iisdem concedentis, litteræ apud Guichenonum Beugesianis Monumentis insertæ pag. 222 et seq. His*

98 *ibidem*

AUCTOR.  
J. B.

*ibidem præmittuntur quedam Falconis Lugdunensis episcopi litteræ, ex Portensis monasterii archivis depromptæ. Date sunt anno 1141, Innocentii II anno duodecimo, quo Bernardus Portarum Prior (verba Falconis recito) et fratres, quos ei Dominus paulatim per incrementa temporum aggregavit in prædicta Portarum heremo per viginti quinque et eo amplius annos Christo Domino deservierant: unde Bernardum, qui B. Artaldum Cartusiano habitu induit, sub annum 1113 Portarum Cartusiam incolere primum cœpisse, efficitur. Idem hie Bernardus, primus hujus nominis Portarum Prior et fundator, præter B. Artaldum aliosque insignes viros, S. Anthelimum etiam, Belicensem pariter deinceps copum, cuius Acta ab auctore æquali conscripta habet in Opere nostro tom. V Junii a pag. 227, Cartulariorum Ordini adjunxit. Annus porro, sub quem Cartusianorum Institutum amplexus est Artalus, ex ejus Actis num. 7, ubi anno 1206, a conversione sua 86 obiisse dicitur, annus circa fuisse colligitur Christi 1120.*

B

## § II. B. Artalus Arveria Cartasiam erigit, fit Be licensis episcopus, virtu tibus et miraculis clarus moritur.

Arveria na  
vam Cartu  
siam erigit

Bernardo præceptore Artalus sibi Deoque vacavit usque ad annum 1152, quo Guigo, Majoris Cartasiae Prior, totiusque Ordinis Cartasiani moderator a S. Brunone quartus, novam in Beugesia suorum coloniam colloccare constituit, annuente Humberto Genevensi episcopo: hunc Humbertum de Grandson apographum nostrum vocat; sed num recte? Sammarthani fratres in Episcoporum Genevensium serie Humbertum de Grammont anno 1152 consignarunt; sexto vero post hunc loco Aymonem de Granson. Sammarthanus consonat Guichenonus Bibliothecæ Sebusianæ centuria 2 cap. 12, ubi donationi Humberti episcopi Genevensis, qua Cartasiae Majorevi decimaru[m] immunitatem concessit anno 1154, hac de Humberto subjicit in Annotatis: E Grandimontensi familia apud Bugesios antique et nobilis. Ut sit, Humberti in Majorevi Cartasiam munificentia suadet, cumdem Guigoni novam in Beugesia coloniam meditanti faciem sese pronunque exhibuisse. Guigo vero, cui B. Artaldi virtus atque industria probe perspectæ erant, non alteri, quam Artaldo rei totius executionem curavisse commisit, qui (Actorum verbis utor) Vir obediens ac quietis amor vastam Arveria solitudinem, non longe a castro paterno sitam, saxis et spinis asperam, nivibus coopertam, solisque ursis ac feris perviam, elegit.

15 Admovit manum operi Artalus anno, ut dixi supra, 1152, totumque decennium loco illo inculo et aspero in magna penuria rerum perduravit; sic enim pergunt Acta: Ad quam anno Domini millesimo centesimo supra trigesimum secundum cum aliquot piis fratribus ascendens, in convalle, qua modo Cœmeterium dicitur, vili opere, cellulas seu tuguriola construxit, ibique per decem annos in magna rerum penuria, divitiarum tamen spiritualium abund-

dantia locuples, omnibus ascetis exemplo factus, quo pacto humilitatem exercere, mundum ac seipsum spernere, Deum autem unice colere, et pie orare deberent, angelicam exegit vitam. Interca Humbertum in Genevensi cathedra excepit Arducius de Foueigni, qui non minus se Cartusianis Arveriensibus ac Humbertus, municipium præbuit: etenim B. Artaldi sociorumque virtutum odore illectus, quam incobebant sedem, coram ipse inspicere voluit, cuius asperitatem admiratus, auctor B. Artaldo exstitit, ut in paululum commodiorem locum se suosque transferret, pollicitus, tum operam suam condendis novis ædibus non defuturam, tum curaturum esse, ut Amedei III Sabaudiae comitis, aliorumque insignium virorum, ad opus aede pium liberalitas præsto esset; ut re ipsa egregie præstiterit.

14 Arducius enim, ut aiunt Acta, Arveriensi suauis et ope

Carthusie decimas, ad se spectantes, dedit, ejusque

hortatu Amedeus III et Humbertus, Belli-Joci dominus, symbolum quoque suam contulere; in quam rem Humbertus, Sabaudia comitis, Amedei III filii, et Humberti, Belli-Joci Domini, litteræ citantur in Actis. Idem confirmant Thomæ Sabaudiae comitis litteræ apud Guichenonum in Monumentis Beugesiar pag. 177, quarum tale initium est: Ego Thomas comes Sabaudiae et Marchio in Italia. Omnibus presentem cartam inspecturus notum facio, me pro remedio animæ nostræ et parentum nostrorum, in mea custodia domum Arverie suscepisse: cum enim praedicta domus praedecessorum nostrorum eleemosynis sit fundata, justum est: eam tamquam res proprias me defensare. Mando igitur etc. Eadem de causa Ludovicus, Belli-Joci dominus, Arveriensem domum in patrocinium suum ac tutelam suspecti editis ea de litteris, quas apud Guichenonum citatum videre est integras, et unde ex corpore sequentia: Ludovicus dominus Belli-Joci, universis, ad quos præsentes litteræ pervenient, salutem et dilectionem. Quoniam certum est, antecessores nostros pro salute animalium suarum domum Arverie Carthusiensis Ordinis cunctis diebus sua vita dilexisse fortiter et defendisse, tamquam illam, que ab ipsis fundata... existit... nos predictorum antecessorum laudabilem consuetudinem sequentes... volumus eamdem domum et res ipsius... defendere ac manu tenere etc.

15 Hinc etiam Amedeus III, et hujus filius nensis, Humbertus III, Sabaudiae comites, Arveriensis uti et allorum Carthusie limites confirmarunt, ut intelligitur ex Humberti litteris apud Guichenonum in Monuments regiæ domus Sabaudiae pag. 57; ubi sic Humbertus loquitur: Ego quoque Humbertus filius ejus comes, patre meo jam defuncto, hoc ipsum laudo etc. Nulle ex his litteris pro illius statis incuria annum, quo date sunt, exprimitur. Ex Guichenoni sententia Sabaudiam tenuit Amedeus III ab anno 1105 usque ad annum 1149; inde Humbertus III usque ad annum 1188; cui proxime successit Thomas hujus nominis I. Humbertum vero Belli-Joci Beaujeu (in diocesi Matronensi) dominum in Arverensem Cartasiam munificum fuisse, infra mox videbimus. Duxit Humbertus hic in uxorem Alisiam, Amedei III Sabaudiae comitis filiam, unde in Actis S. Artaldi num. 5 Humberti III Sabaudiae comitis Sororius appellatur. Consule, si lubet, Guichenoniam regiæ domus Sabaudiae Historiam pag. 250. Atque hi quidem Artaldo condendis novis ædibus adjutores fuere præcipui: nec defuerunt aliis, quorum

AUCTORE  
J. B.

A quorum nomina meritaque grati Arverienses ascetarum suis factis inscripserunt. Enumerationem singulorum ex Guichenoni Monumentis Beugesianis huc transcribo.

nobilium virorum,

16 Sic habet ille ex tabulario Cartusiae Arveriensis, pag. 177: Amedeus comes Sabaudiae, qui obtulit locum istum Deo et Beatae Mariae et Ordini Carthusiensi. Humbertus, dominus de Bellojoco, qui predictam domum confirmavit et grangiam de Faolet acquisivit. Guichardus filius ejus, qui cellam unam fecit. Amedeus comes Sabaudiae, qui nobis dimisit mille solidos, et Praaliam ab hominibus de Sasiriaco liberatam nobis tradidit perpetuo jure possidendam. Stephanus decanus Lugdunensis, qui unam cellam fecit. Artoldus, decanus de Sasiriaco, qui refectorium construxit. Petrus Senescallus Lugdunensis, qui fecit capitulum et grangiam de Ravoria contulit. Magister Pontius fecit hospitium Religiosorum domus inferioris cum cella Prioris. Aymo et Hugo de Varennes adificaverunt ecclesiam. Aymo de Rivoria fecit dormitorium trum. Petrus de Chimilius et duo fratres ejus adificaverunt coquinam. Quibus subduntur

B solo nomine: Henricus rex Angliae, Pontius episcopus Matisconensis. Artulus (de quo supra) episcopus Gebennensis. Antelmus episcopus Patracensis, Bernardus et Guielmus episcopi Bellicensis, Petrus episcopus Glandacensis. Perinus de Luyriaco. Antelmus de Balma. Artalus de sancto Romano. Hugo Palatinus.

tum clericorum

17 Eosdem cartusiarum Arveriensis benefactores, partim suppressis, expressis partim nominibus, Guichenonus memorat in Historia Brevia et Beugesia secunda parte continuata pag. 9 e veteri Missali, ipsis B. Artaldi manu, ut creditur, exarato. Nominatum exprimit Henricum, Anglia regem, Pontium Matisconensem, Arduicu Genensem, Antelmu Patracensem, Bernardum et Guielmu Bellicensem, Petrum Glandensem, episcopos; Perrinum de Luyriaco, Artoldum Seyseriacensem (de Seyserie) et Stephanum Lugdunensem, decanos; Aymonem et Hugonem de Varennes, Aymonem de Rivoria, Antelnum de Balma, Artalus de S. Romano, Hugonem Patrinum. His addit d'Antho et Montis-lupelli dominos; denique biographus noster monachos

C Nantuaenses et regulares canonicos Bellicenses. De singulis pauca habe. De Amedeo III Sabaudiz comite et Humberto Belli-joci domino vide dicta superior. Hunc anno 1189 defunctum prater alios reliquisse filium, sribit Andreas du Chesne Historia Burgundia lib. iii cap. 87 et seq., Guichardum nempe Montpensierii in Arvernia dominum, inter Arverniensium benefactores num. 16 memoratum; ex hoc vero natum Ludovicum, Lugdunensis ecclesiarum canonicum, qui forte idem est, qui num. 14 Arverni in clientelam suscepit, seque Belli-joci dominum dixit: hoc enim nomine alias Belli-joci dominus apud laudatum du Chesne istius familie genealogiam explicantem nullus legitur.

quam secularium

18 Gallia Christiana auctar scriptores tom. IV col. 202 geminum Stephanum memorant, quorum alter sub annum 1173 Lugdunensis decanus fuit, de Roccataillia dictus; alter vero anno 1190, cui de Saintamour cognomen fuit: uter supra designatur, divinare non lubet; uti nec idemne sit Amedeus Sabaudiae comes, qui primo et tertio logo ponitur, an diversus. Seiseriaci mentionem facit Guichenonus Historia Brevia et Beugesiana part. ii continuata pag. 104; et decanatum olim

fuisse scribit, qui ab anno 1606 mensa capitulari ecclesiae Bellicensis unitus est. Ceterum Artalus vici illius decanus mihi aliunde ignotus est; Petrus Senescallum ait Menestrierus in Historia Lugdunensi pag. 552 die 5 Januarii Necrologio ecclesiae Lugdunensis inscriptum. Pontius fortis, de quo charta foundationis Cartusiae Majorerii anno 1116 confecta apud Morotium pag. 250, ubi Lugdunensis ecclesiae magister appellatur. Aymoni de Varennes et Aymoni de Rivoria (Rivore) hic memoratis Bernardus I Portarum Prior, sub quo B. Artalus Cartusianis nomen dedit, inscriptis Epistolam de fuga saculi, quae exstat tomo XXIV Bibliothecae veterum Patrum editionis Lugdunensis a pag. 1501.

19 De Petro de Chimilius, Artaldo de S. Romano, Hugone Palatino peculiare quidpam nupsiam reperi; neque, ut repriam, necessum arbitror operiosius incumbere. Henricus Anglia rex hujus nominis secundus est, qui Carthusiam Withamiensem in Bathoniensi diaecesi fundavit, et S. Hugonem, primum illius Priorem et Lincolnensem dein episcopum, singulari benevolentia complexus fuit; per quem forte Henrici in Arverniensem Cartusiam munificentia dimanavit. Matisconensem sedem adiit Pontius cognomento de Rochebaron sub annum 1144, ut tradunt Galliae Christianae auctar scriptores; Bellicensem Bernardus sub annum 1143 reliquit, habuitque successorum Guielnum, ut Guichenonus scribit in Serie chronographica episcoporum Bellicensium. Inter episcopos vero Glandevenses in Gallia Christiana post conditam Arveriam nullus apparet, qui Petrus dictus sit; nisi forte sit Episcopus P., qui post annum 1190 Glandevensem sedem occupasse dicitur tom. III col. 1259. Ritus Latini archiepiscopos sub B. Artaldi xvum Patras sedisse, ex Innocentii III apud Baluzium litteris liquet; sed eorum nomina in occulto sunt: Innocentius Epist. apud Baluzium 31, data anno Pontificatus sui x, tertio decimo Kal. Maii, seu anno 1207 die 19 Aprilis archiepiscopum Patracensem docet, qui procedendum sit in causa suffraganeorum aliquot Graecorum, qui, occupata a Latinis Achaea, sedes suas deseruerant. Vix has in Achaea litteras Innocentius destinarat, quin alteras ad canonicos Patracenses scripserit eodem anno die 24 Aprilis, quibus illos monet, electum a capitulo archiepiscopum a se confirmatum fuisse, ac consecratum; propterea hunc debito honore suscipient. Anthelmum, Arverniensem benefactorum albo inscriptum, hunc fuisse, probabile dupli ex causa fit: prima est, quod electum et consecratum a se anno 1207 Patracensem episcopum Innocentius vocet dilectum filium A, in Litteris ad Thomam Maurocenum patriarcham Constantinopolitanum, quas apud Baluzium in Gestis ejusdem Pontificis pag. 66 habes. Altera est, quod in citatis Innocentii Gestis, ab auctore æquali scriptis, pag. 63 archiepiscopus ille Burgundio fuisse perhibeat. Quas si ita se habent, Anthelmus supradicto catalogo B. Artaldi ante annum 1207 defuncti manu inseri non potuit. Nihilo tamen secius Anthelmum nullum ante annum 1207 Patracensem sedem occupasse, non ausim affirmare.

20 Venio nunc ad Perrinum de Luyriaco, et adiutus, Antelnum de Balma num. 16 recensitos. Alardus de Luyrieux, qui anno 1100 fuit, Guichenonus meminit Historia Brevia et Beugesiana partis tertia part. ii, pag. 142. Eodem teste, nepos huic fuit ex Humberto filio Petrus, qui anno 1229 testamentum

AUCTORE  
J. B.

testamentum condidit, et supra forte Perrinus vocatur. Idem Guichenonus proxime citatus pag. 48 familiam de la Balme recenset, et illius caput fuisse ait Petrum de la Balme dominum du Tret et de Verley, quem anno 1500 vizisse ait, illique filium fuisse nomine Antelnum. Sed alterius ejusdem nominis familie meminit tum pag. 22 parte tertia Historiae citatae, tum pag. 18, quae jam inde ab anno 1080 in Beugesia floruit, haec vero Sigibaldum de Balma, qui anno 1140 vizit, tulit; utraque Cartusiana familie beneficis fuit; et ex harum alterutra forte Antelnum, de quo agimus, ducit originem. Et horum quidem, ut diximus, Arveriensis Cartusiae benefactorum nomine continet ejusdem domus chartophylacium: reliquum est, ut et de iis, quos vetus Missale B. Artaldi manu, ut creditur, exaratum præterea habet, pauca addamus.

**C** 21 Sunt autem hi domini et d'Anthon, et Montis-lupelli. Floruisse saeculo xi dominorum d'Anthon familiam, ac Cartusianorum Ordini fuisse munificam, colligo ex Hugonis de Gebennis instrumento, dicto Ordini concesso, quod apud Guichenonum in Bibliotheca Sebusiana centuria 2, cap. 58 videre est. Confectum id quidem fuit anno 1565; sed Guichardi cuiusdam domini de Anthonis his verbis meminim: Cum bona memoriae Guichardus quondam dominus de Anthone dudum concesserit de gratia speciali et pro remedio animae suae et antecessorum suorum dilectis nostris viris totius Ordinis Cartusiensis indulgendo iisdem, quod ipsi Religiosi et eorum familiares et nuntii totius Ordinis Carthusie, ut res eorumdem et bestiae universae per totam terram suam salvi et securi pertinuant absque aliqua exactione pedagii. Nos etc: in qua hæc annotat Guichenonus: Immunitatē illam pedagii (de qua hic sermo concessit (Guichardus) Ordini Carthusiensi anno mccc de consensu Guichardi de Anthone ejus filii sub sigillo Raynaudi archiepiscopi Lugdunensis. Floruisse similiter ex astate dominos Montis-lupelli (Montluel, quod oppidum est ad Rhodanum tribus circa leucus Lugduno distitum) similiter liquet ex privilegio, quod Cartusiano Portarum monasterio Humbertus Montis-lupelli dominus anno mcccxxvii concessit, et integrum exhibet citatus proxime Guichenonus centuria 1 cap. 48. His denique omnibus biographus noster canonicos Belicenses et monachos Nantuacenses accenset: est autem Nantua insigne monasterium Ordinis Cluniacensis in Beugesia; de his sermo redit in Annalibus.

Arveria servari dicuntur.  
22 Parcere quidem his omnibus poteram: sed in astatem singulorum Arveriensis carthusiae benefactorum inquirere, ut potui, propterea volui, quod suo loquendi modo dubium Guichenonus faciat, num benefactorum illorum catalogus, veteri Missali inscriptus, etiam sit B. Artaldi manu, ut Missale ipsum, ex Arveriensium opinione exaratus; quod, uti non inficior, ita hac tenus affirmare non ausim: id interim ex jani dictis asseri videtur posse, plerosque saltem in memoratis B. Artaldi astate vixisse; atque adeo ab illo Missali isti antiquo inseri potuisse. Nunc ad B. Artaldum, Arveria Priorum agentem, regredior. Ea erat B. Artaldo et alumnis ejus vivendi ratio, ut virtutum suarum odore non paucos ad idem vitæ genus sectandum illexerint, adeo ut, inquit anonymous Vitæ auctor, locus ille ex spelunca ferarum factus fuerit habitat justorum sub B. Artoldi pia disciplina degen-

tium. Tum addit: Erat enim egregius pietatis D magister, rerum caducarum mirificus contemplator (seu potius contemptor) ac insignium mirificus operator. B. Artaldum, vivum mortuumque, prodigiis claruisse, anonymo facile assentior; sed doleo, haec universim dumtaxat dicta; neque illum me prodigium, speciatim descriptum, invenire, quod tam Cartusianorum non tam incuriaz; quam sua parce laudantium modestiæ tribuendum existimo.

23 Arverianum moderante Artaldo, sedum schisma concussit Ecclesie. Erepto e vivis Adriano IV summo Pontifice, Alexander III in ejus successorem creatus fuerat anno 1159 die 7 Septembris: sed rite collatam Alexandro dignitatem nefarie sibi usurpavit Octavianus, qui Victor III a suis salutatus est: cui Guido Cremonensis non meliori jure subrogatus est, a quorum partibus Fridericus imperator, cognomento Ænobarbus, stetit. Quanto ea tempestate Cartusianum Ordo pro legitimo Pontifice et Ecclesia, duce potissimum S. Anthelmo, ex Carthusiano monacho Belicensi tunc episcopo, ardore dimicari, ex illius Vita, tom. V Junii apud nos edita et ab equali auctore conscripta, pag. 252 intelligi potest. Eodem spiritu animatus Artalus continere sese non potuit, quia plurimas, narrante biographo, tum ad Alexandrum Pontificem, tum ad imperatorem litteras scriperit, quibus utrumque ad reddendam Ecclesiae pacem, pro viribus instigavit.

24 Exstare uspiam B. Artaldi sive ad Pontificem, sive ad imperatorem litteras, non didici: sed scriptarum ab illo ad Pontificem litterarum testem luculentum habemus ipsummet Alexandrum, cuius ad Artaldum, Arveria Priorum, responsoria tom. XXIV Bibliotheca Veterum Patrum editionis Lugdunensis pag. 1319 insertæ sunt ex autographo, quod asseratur Arveria. Epistola Pontificia hujusmodi initium est: Alexander episcopus, [servus] servorum Dei, dilecto filio A. Prioris \* Alveria salutem et Apostolicam benedictionem. Artaldo nostro inscriptam esse liquet ex loco et tempore, quo scripta est. Data est enim Senonis iv Kalendas Martii: Alexander Papa pridie Kal. Octobris Senonas intravit ad hyemandum, inquit ad annum 1164. Chronicum Senonense apud Martene tom. III. Thesauri Aeneotorum col. 1455, quo ab anno 708 usque ad annum 1195 excurrat. Senonis autem moram traxit per annum et medium, indeque recessit, ut Baronius ex ejus Actis refert, celebrato Paschate, quod anno 1165 in diem iv, sequenti vero in 24 Aprilis incidebat: itaque cum data sit Senonis epistola mense Fabruario, anno 1165 aut 1166 scriptam fuisse oportet, quibus Artaldus Arveria Prioratus munere fungebatur. Porro Pontifex id fere Artaldi litteris respondit, se neque novum judicium subire, neque dignitati suæ posse valedicere, nisi Ecclesiam majori calamitati exponat: unde conjici potest, quo de argumento Artalus ad Pontificem scriperit, a quo pietatis, simplicitatis, et rectæ intentionis laudem tulit. Sic enim Pontifex: Dum piam simplicitatem et simplicem pietatem, qua commonitus et inductus tuas nobis litteras destinasti, studio sollicitæ considerationis attendimus, non id præsumptioni, sed devotioni potius imputamus: credentes hoc magis cordis puritate procedere, quam ex duplicitate qualibet evenire.

25 Magna enime vero apud Pontificem Alexander auctoritate valuisse B. Artaldum, necesse census accedit, qui illi aut subeundi novi judicii, aut etiam p[ro]t[er]iat ponit, obiectiendas

Exstingendo  
Ecclesie Schismati

E

\* Priori

A abjicienda dignitatis Pontificiæ, quantum quidem e Pontificis responso appareat, ex cordis puritate tamen, ausus fuerit mentionem injicere, et hujusmodi ab illo, in summa rerum et Ecclesiæ perturbatione versante, responsum acceperit. Neque vero Viri virtutem Belicensis ecclesia minoris fecit. Amiserat illa sub annum 1184 Rainaldum seu Reginaldum, suum ex Ordine Carthusiensi episcopum. Ante Rainaldum episcopos habuerat Pontios, Bernards, Anthelmos ejusdem Ordinis alumnos serie vix non continua sibi succedentes. Rainaldo rebus humanis ereto, ad Arverienses se vertit Belicensis ecclesia, unde Artaldum sibi præsulem petuit: contra Artaldus destinatas sibi insulas fuga declinare tentavit; verum celesti luce detectus, latebris egredi, et episcopali oneri seniles humeros subjecisse compulsa est. Sic igitur quidem paruit Artaldus Belicensium votis, et commissi sibi gregis curam, dum illi praesul, ut paucis dicam, strenue et cumulatissime gessit; sed, vix evoluto sexennio, adstipulante votis ejus Clemente III summo Pontifice, Belensem cathedrali cum desideratissima Arveriensi soliditudine sub annum 1190 commutavit, sibi Deoque reliquo

B vita cursu unica vacaturus.

virtutum suarum odore 26 Illustrè adeo religiosæ perfectionis exemplum, teste biographo, non paucos ad imitationem sui pertraxit: in his idem biographus Joannem Abundantiam (canonicorum regularium S. Augustini abbatiæ in diœcesi Gebennensi) abbatem collocat, quem in Arveriensi Carthusia anno 1202 defunctum, et pietatem suam scriptis a se variis litteris testatam reliquissit. Joannis Carthusiani litteras, quæ auctoris sui pietatem luculentè produnt, exhibet tomus XXIV Bibliotheca veterum Patrum, jam aliquoties laudatus, a pag. 1506 usque ad pag. 1518. Sed earum auctor epistola 5 ad Bernardum nepotum suum domus Portarum, non Arveriæ, se conceptis verbis alumnum inscribit. Morotius vero in Athenæo Carthusiensi ejusdem Ordinis scriptores, sua quæcumque ætate, enumerans, Epistolaram supradictarum auctorem refert ad annum 1153, neque alterius Joannis Cartusiani, nedum Arveriensis domus alumni, qui saeculo XII scripterit, mentionem facit; unde, quod quidem ab litteris a Joanne Cartusiano saeculo XII scriptas, attinet, dubitare cogor, an non fortassis Vitas B. Artaldi scriptor, Epistolas, quæ Joannis Portensis fuere, Joanni, Abundantiam quondam abbati, nominum homonymia decepit adscriperit. Ceterum de hoc Joanne preclarâ fit mentio, teste Guichenono in Necrologio cartusiæ de Meyria his verbis: Joannes ex abate Abundantiae Carthusianus Arveriæ, discipulus S. Artholdi, integratae vitae, et singulari præcellens charitate obiit mccc.

C multos ad institutum suum fallevit;

27 Non infrequens fuit ea tempestate canonico-rum regularium ad Carthusienses transmigratio: fecerant id ipsum jam inde a S. Brunonis tempore Stephani duo, alter Burgensem, Diensem alter; cuius rei luculentum testimonium perhibet Guigo Carthusiensis Prior in Vita S. Hugonis Gratianopolitani episcopi apud nos tom. I Aprilis pag. 40, ubi sic habet: Habebat autem (S. Bruno) socios Landuinum (qui post eum Carthusie Prior exstitit) duos Stephanos, Burgensem et Diensem (hi S. Rusi canonici fuerant, sed desiderio vitae solitariae ei, abbate favente, sese conjunxerant), Hugonem etiam, quem cognominabant Capellanum etc. Præstiterat id etiam S. Hugo, primum canonicus regularis, tum Cartusianus, ac denique Lincolniensis episcopus;

cujus Vitam ab auctore æquali conscriptam in MSS. habemus. De cuius canonicatu sic habet cap. 1 lib. 1: Et genitricis quidem solatio, cum primæ neendum metas ætatis attigisset, orbatus est, collegioque regularium una cum genitore in brevi postmodum sociatus. Quod et alibi loco non uno reperitur.

28 Ex eadem porro S. Hugonis Lincolniensis Vita ad verbum fere descriptis, quæ de hujus sancti præsulis ab B. Artatum, Arveriæ a positivis Belicensibus insulis commorantem, accessum 6 refert. Non exprimit quidem ille Artaldi nomen; sed lib. v cap. 14 Belicensem quondam episcopum ex Priore domus ejusdem (Arverie) assumptum ad cathedram diserte ait, ut dubitare non licet, quia de B. Artaldo sermonem hic habeat. S. Hugonis ad B. Artaldum accessum Guichenonus in Serie chronologica episcoporum Belicensium anno 1203 illigavit; rectius biographus noster anno 1200: nam teste S. Hugonis Vita scriptore cap. 15, iter illud in Galliam Hugo agressus est, expleto jam uno post regis Johannis coronationem anno; Joannes autem anno 1199 die 27 Maii Anglie rex coronatus fuit, ut scribit Mattheus Parisiensis in Historia Majori Angliae. Non multis post annis B. Artalus supervives fuit: obiit enim annis et meritis gravis, teste biographo, Pridie Nonas Octobris anno Domini mcccvi, ætatis sua cv, conversionis vero LXXXV; honorifice sepultus a Bernardo Belicensi episcopo in parvo claustrō inter portas capituli et ecclesie, ubi ad tumulum ejus lapideum miracula facta dicuntur multa et insignia, sed quorum nulla, ut supra dictum est, ad nos notitia pervenit.

AUCTORE  
J. B.

et miraculis  
clarus mori-  
tur 1206.

## VITA,

Auctore anonymo.

**B. Artalus Cartusianis adscribitur, Arveriæ carthusiam condit, fit Belicensis episcopus, Arveriam reddit, et ibidem obit.**

**B**eatæ memorie Artoldus sive Artalus, Belicensis episcopus a, ex nobili dominorum de Sothnodo b stemmate in altis Veronnesii jugis oriundus, nobilitatem suam ad caelestem dignitatem consequendam convertit; calcatisque sæculi honoribus, ac aula comitis Marianensis c spretis delitiis, Dei cultu se totum ab ipsa adolescentia dedicavit: a cojus famulatu, ut nulla posset occasione avocari, cartusiam Portarum d sub Bernardi primi eremi incolæ et Prioris, sanctitate celebris, obdientia ingressus est; ubi tyrocinia vita spiritualis exercens, admirandam sanctitatis futuræ spem eremicolis præbuit, quibuscum orationibus assiduis, jejuniis ac vigiliis incumbens, mira spiritus humilitate, piarumque constitutionem observantia ita eos præcelluit, ut reverendus Guigo, Prior Cartusia Majoris

Beatus post  
annos aliquot,  
in cartusa  
Portarum  
exactos,

a  
b  
c  
d

AUCTORE  
ANONYMO.

e

f

g

novam cartu-  
siam

h

B

i

Arverie con-  
dit:

k

l

m

n

o

C

p

q

r

s

t

u

x

inde ad cathet-  
dram Belicen-  
sem evehitur,  
\* contempnor

Majoris *e*, illum ad aliorum salutem operandam, novasque in dioecesi Gebennensi, de praesulis Humberti de Grandson *f* voluntate, cellas construendas dignum reputaverit. Ad hoc igitur perficiendum Vir obediens ac quietis amator vastam Arverie *g* soliditudinem, non longe a castro paterno sitam, saxis et spinis asperam, nivibus cooperata, solisque ursis ac feris per vim, elegit.

*2* Ad quam anno Domini millesimo centesimo supra trigesimum secundum cum aliquot piis fratribus ascendens, in convale, que modo Coemeterium dicitur, vili opere cellulas seu turgiolas construxit; ibique per decem annos in magna rerum penuria, divitiarum tamen spiritualium abundantia locuples, omnibus ascetis exemplo factus, quo pacto humilitatem exercere, mundum ac seipsum spernere, Deum autem unice colere, et pie orare deberent, angelicum exegit vitam; quo usque virtutis ejus bonus odor circumaque diffusus Arducium de Faucigny, Gebennensis ecclesiæ novum praesullem *h*, ad eum pertraxit; qui cum loci asperitatem miraretur, habituisseque piis colloquis, Artoldo suos extitit, sedes mutandi, ac in precipiti montis aditu monasterium construendi: is summi Pontificis favorem, comitissimam Amedæi *i* benevolentiam ac manus auxiliarices haud sibi defuturas pollicitus; siue mirifice ex tali colloquio exhilaratus præsul, ad sua reversus, quod gratauerat, fideliter adimplivit.

*3* Etenim montes circumvicos et locum a praefato comite Arveriensibus obtinuit: limites quoque a Lucio Papa II anno Domini xxxiv designari fecit *k*; omne jus decimarium ad se spectans liberaliter concessit; nonnullosque nobiles ecclesiasticos et sæculares ad praefati conobii constructionem et donationem instigavit. Unde Humbertus comes *l* donationes a patre Amedæo, Christo ejusque sancta Genitrici Mariae, et Ordini Cartusiensi anno ejusdem Christi MDLII oblatas, ratas habuit et confirmavit: sicut et Humbertus Belli-Joci dominus, sororius praedicti comitis Humberti *m*, qui et grangiam *n* de Fauolet iis acquisivit. Aymo et Hugo de Varennes *o* domini Bernardi Portarum Prioris consanguinei ecclesiam aedicarunt. Petrus senescalus Lugdunensis capitulum fecit; et grangiam de Lauarone contulit. Guichardus de Bello-Joco *p*, filius dicti Humberti, unam cellam fecit, sicut et Stephanus Lugdunensis unus. Aymo de Rivoire *q* dormitorium fratrum. Petrus de Chimalieur et duo ejus fratres coquinam et Artoldus Saisyriaci decanus *s* refectorium construxerunt. Magister vero Pontius *t* fecit hospitium Religiosorum domus inferioris cum cella Prioris. Monachi quoque Nantuaenses *u*, et regulares canonici Belicensis *x* jus suum infra prælibatos confines concederunt; perplures alii non solum eleemosynas, sed etiam suavi jugo Christi ibidem colla submisserunt; adeo ut locus illi ex spelunca ferarum factus fuerit habitatio justorum sub beati Artoldi pia disciplina degentium.

*4* Erat enim egregius pietatis magister, rerum caducarum mirificus contemplator *\**, ac insigne magnificus operator, Ecclesiæque tranquillitatis adeo studiosus, ut saepè saepius ad Alexandrum III, Romanorum Pontificem, et ad Fridericum Aenobarbum, imperatorem schismatum, epistolæ direxerit pacis ergo inter eos componendæ, et tranquillitatis Ecclesiæ resti-

tuendæ *y*. Interea vero Raynaldus ex monacho D Cartusiæ Belicensis episcopus *z*, absoluto laudabiliter præsulatu, ultimo die Novembri anno Incarnati Verbi mclxxiv ex humanis decessit. Unde orbati præsule Bellicenses, cum jejuniis et orationibus idoneum pastorem sibi dari efflagitarent; superna inspiratione Prior Arverie Artalus, sanctitatis fama celebris, cleri universi delectu et maximo plebis applausu, electus est episcopus, qui ne delatum honorem recipiebat, sylvarum salutis et Balmani *aa* latibula expedit et requisivit. Sed non potuit diu tanta lux sub modio abscondi; dum enim ab omnibus quæreretur, lumine de celo super latitatem descendente detegitur, capitur et ad urbem trahitur; atque magna omnium jubilatione inaugurus in sedem episcopalem, clericorum ac civium quasi humeris subvectus, collocatur: susceptum autem non tam honorem, quam onus ea virtute ac vigilantia gessit, ut Dei benedictum impleret, credita plebis salutem miris modis promoveret, et nihil ex eis, que Apostolus in episcopo exigit, studiis et operibus desiderandum relinqueret.

*5* Pristinum enim vitæ Cartusianas institutum, in virtus et vestitus austerritate, silentii observantia, orationum assiduitate retinuit, seque divino ministerio ac sacris concionibus addixit, quibus spiritualis medicus omnium morbos curavit, atque singulis ingereret religiosis actibus incitamenta virtutis, pauperum curam gessit præcipuum; adeo ut in eorum solatia omnia liberalissime erogaret, nec alimentis quotidianis parceret. Condoluit miserentibus, invisit ægrotos, quibus etiam saepe utramque mentis corporis sanitatem restituit, peccatores ad meliorem frugem reduxit; justos in bono confirmavit, dissentientes mira dexteritate ad invicem reconciliavit, nullumque ab opere Dei vacuum tempus excidere permisit. Tandem annis jam grandis, pastoralisque solicitudinis fractus laboribus assiduis, Clementi III summo Pontifici *bb* mente propalata, de ejus assensu infulas depositus *cc*, et pontificia dignitate se abdicans, ad pristinum Arverie desertum, vitæ solitariae percupidus, et amore laboris Deo impendenda servitutis accensus, remigravit, cælestemque ibi vitam et divinis totam contemplationibus ac officiis intentam per sexdecim fere annos instituit, multosque hoc suo exemplo ad mundi repudium pertraxit, ex quibus Joannes Abundantia *dd* abbas abundantiam sæculi cum penuria eremii magnanimiter commutans, in mira humilitate et vita integratæ ibidem anno MCCI diem extremum peregit, cuius pietatem epistolæ de diversi scripte testantur.

*6* Cum autem S. Hugo, Lincolniensis episcopus *ee*, in Angliam e domo sue professionis Cartusia rediret anno MCCI, Arveriam circa festum SS. Jacobi et Christophori *ff*, quamvis esset propter loca montuosa ascensu difficilis, et ab itinere remotior, hac specialiter de causa expedit. Beatus Artalus, ex episcopo simplex cellicola effectus, praefati præsulis longo tempore exastuans desiderio, aspectu ipsius et affatu cupebat refoveri, quod etiam per intermuccios ei saepius innoverat: processerat quidem Vir ille beatus in diebus suis, et mediante jam mundanae lucis occasu, ad interminabilis diei suspicabat ingressum, nec dissimiles animi, quamvis in etate dissimili præfato sancto Presuli erant. Jam enim caduca omnia, que jam ab annis teneris

*y**z**aa*

E  
eaque relicta  
Arveriam  
redit,

*bb**cc**dd*

ubi a S. Hu-  
go Lincol-  
niensi invisi-  
tur,

*ee**ff*

A teneris vilipenderat, in gravi ætate fastidio habebat. Optato igitur uterque potitus colloquio, sue singuli recessus conscientiae ex alterius sanctitatis fulgore, dum sua viceissim occulta pandunt, splendidiores reddunt, qui tandem simul ad commune fratrum omnium venere colloquio. Tunc a Lincolnensi episcopo dominus quondam Bellicensis Antistes formam pacis, inter Francie et Anglia reges gg inite, sibi petit coram fratribus referri: nam concordia illorum ipsum interfuisse cognoverat. Ad quam Viri tanti petitionem ferventissimus Ordinis zelator, haud modice contrastatus, ita leniter et quasi jocando ait: «O» inquiens «domine Pater, » rumores audire et referre, etsi licet episopis, » sed monachis non licet, et in celas vel claustra rumores afferre non licet.» Haec dicens\*, et cæteris fratribus, ad spiritualis adificationis studium verba convertit, gratisque ab Artoldo et cæteris fratribus actis de visitatione et elemosynis a defuncto rege Angliae Henrico hh sibi missis, plus Hugo recessit.

\* supple Ar-  
toldo

et valde senex  
moritur anno  
1206.

B 7 Beatus vero Artoldus reliquos sex sue vitæ annos in omni humilitatis, obedientiae, patientiae ac charitatis officio consummavit. Post hec obitus sui divinitus factus conscius in morbum incidit, suavique habito de superna beatitudine colloquio cum domino Bernardo Bellicensi præsule Cartusiano ii, divino monitu illum illuc convenienti, datisque fratribus supremæ adhortationis officiis, et sanctis Ecclesie munitus Sacramentis, in cinere positus, gaudensque in Domino, inter verba orationis expiravit pridie Nonas Octobris anno Domini mcccvi hh, atatis sue cv, conversionis lxxxvi. Ejus autem corpus ab eodem præsule Bernardo, assistentibus Guigone Arverie Priore ll cum cunctis fratribus et aliquot ex monachis Bellicensibus, honorifice sepultum est in parvo claustru inter portas capituli et ecclesiæ. Hujus autem Sancti merita apud Regem gloriae præcelsa, plurima, et stupenda, quæ ad ejus tumulum facta sunt, miracula postea afflatim prodidere. Divinae enim virtutes ibidem jugiter corsarunt, quibus infirmi et moribundi hujus sancti Pontificis precibus, solita percepunt ingentia, ad laudem Dei Omnipotentis, qui est in Sanctis mirabilis et benedictus in sæculorum secula. Amen.

#### ANNOTATA.

a Belica primaria civitas est Beugesia, de qua vide num. 1 Comment. prævii. Ex Guichenoni calculo episcopus ejus quadragesimus septimus fuit B. Artaldus ab anno circiter 1184 usque ad annum 1190.

b Sotonod Guichenonus scribit, estque Beugesia castrum in Veromæ valle, de qua vide num. 1 Commentarii prævii.

c Maurienna Sabaudia tractus est, in qua opidum cognomine ad Arcum fluvium: parebat, cum B. Artaldus adolesceret, Sabaudia dominis, qui Sabaudia simul et Mauriennæ comites audiebant. Vide num. 8 et 9.

d Sita est in Beugesia haud procul oppido S. Ragneberti, et fundata a Bernardo et Pontio, monachis Benedictinis ad Cartusianum Institutum transeuntibus sub annum 1115. Vid. num. 10 et seq.

e Sita est in Delphinatu prope Gralianopolim, Ordinis Carthusiani caput, cui, uti et toti Ordini a S. Brunone quartus præfuit Guigo ab anno 1110 usque ad annum 1137. Hujus suc-

cessori Hugoni adscribitur annus initi regiminis 1152 apud Morotum pag. 21; sed legendum mccccvii, contextus docet.

f Legendum verosimiliter de Gramont. Vide num. 12.

g Arveria territorium est in Veromæ valle, de qua vide dicta num. 1.

h Subscriptis fundationi Cartusie Repausatorii anno 1181. Instrumentum edidit pro ecclesia de Condamino anno 1171, in quo Henricum dominum de Foucignaco (Foucigny) nepotem suum vocat. Vide Bibliothecam Guichenoni centuria 1 cap. 8 et 34.

i Hujus nominis III Sabaudia comes, pater Humberti, de quo ad litt. l.

k Sedit a mense Martio anni 1144 usque ad Februarium anni proxime sequentis. Bulla, qua Arveriensis Carthusia limites fixit, data fuit anno 1144 die 2 Maii, teste Guichenono, ubi de eadem Carthusia agit.

l Humbertus III Sabaudiam tenuit ab anno 1149 usque ad annum 1188.

m Humbertus Belli-Joci dominus (de Beaujeu in diœcesi Matricensi) uxorem duxit Alisiam, Amedei III Sabaudia comitis filiam.

E

n Id est, prædium seu villam rusticam.

o De his vide num. 18. Varennes vicus est in diœcesi Matricensi.

p Monpensierii in Arvernia dominus.

q Vide num. 18.

r Occurrunt apud Guichenonum hujus nominis parochia diœcesis Bellicensis in Beugesia sub vocabulo S. Andreæ.

s Vide num. 18.

t Forte Pontius magister ecclesiæ Lugdunensis, de quo num. 18.

u Nantua Benedictinorum cœnobium est in Beugesia, quod a S. Amando episcopo Trajectensi conditum ac illius sepultura nobilitatum perpetram nonnulli volvere. Vide Comment. prævium in Vitam S. Amandi §§ 20 et 21.

x S. Augustini Institutum Bellicenses canonici amplexi fuere anno 1142; qua de re exstat Innocentii secundi bullæ apud Sammarthanos; secularem vero habitum resumpserunt anno 1577.

y Vide num. 25 et seqq.

z Evocatus est ad cathedram Bellicensem anno 1178; anno sequenti sub Alexandro III Lateranensi concilio interfuit.

aa Gallice forte la Balme, cuius nominis loca in Beugesia Guichenonus tria recenset: La Balme in Veromæ valle, La Balme Pierre-chastel ad Rhodani ripam, La Balme sus Cordon. Verosimiliter primum hic biographus indicat, cum Arveria, unde Artaldus fugit, etiam in eadem valle sit sita.

bb Creatus est Pontifex anno 1177, obiit 1191.

cc Circa annum 1190.

dd Monasterium est in Chablais juxta Draniam fluvium, olim canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini, ab abbatis celebri S. Mauriti Agaumensis dependens, nunc Congregationis Fulienensis. Ita Guichenonus Bibliotheca Sebusianæ cent. 4 cap. 2 in Annotatis.

ee Colitur 17 Novembris.

ff 23 Julii.

gg Anno Domini mccc mense Maio in Ascensione Domini pax reformata est inter regem Francorum Philippum II et Joannem Angliae regem, inter Vernonem et insulam Andeliaci (Andely) Rigordus de Gestis Philippi. Biographus S. Hugonis cap. 14. Expleto jam uno post regis

AUCTORE  
ANONYMO.

AUCTORE  
ANONYMO.

regis Johannis coronationem anno, ad petitio-  
nem illius tranfretavit iterum beatus episcopus,  
ut interesseret colloquio ipsius cum rege Franco-  
rum, in quo demum pax reformata est.

hh *Hujus nominis secundo. Obierat anno 1188.*

ii *Bernardus II Bellicensem cathedralm occu-  
pabat anno 1198. Catalogus illustrum Carthusi-  
anorum, teste Guichenono, de illo hæc habet :*  
*Obitu vi Martii mcccvi Bernardus, ex Carthusiano  
Bellicensis episcopus, omnis virtutis et sancti-  
tudinis speculum.*

kk *Guichenono teste in Historia Brevia et  
Beugesia, ita habet Catalogus illustrum Carthusi-  
anum : Sanctus Artholdus, ex Cartusiano*

*Bellicensis episcopus, stupendis miraculis cla-  
rus obiit anno mcccvi pridie Nonas Octobris. Item  
Martyrologium ecclesie Lugdunensis : Secundo  
Nonas Octobris obiit Artoudus, bonæ memorie  
monachus Alveria et sacerdos, quondam epi-  
scopus Bellicensis.*

*Il Anno 1200 Guigo hic, Averia Prior, una  
cum Bernardo Bellicensi praesule mox memorato  
ortam inter Carthusianos Portarum et monachos  
Ynimontis item compositus; ut ex confecto ea de  
re ab ipsis instrumento patet apud Guichenonum  
in Serie episcoporum Bellicensium pag. 58 et binis  
sequentibus,*

## DIES SEPTIMA OCTOBRIS.

SANCTI, QUI NONIS OCTOBRIS COLUNTUR.

- S**ancta Justina V. M. Pa-  
tavii in Italia.  
**B** SS. Marcellus et Apuleius  
MM. Romæ.  
**S.** Eumenius episcopus conf.  
Alexandriæ in Ægypto.  
**SS.** Sergius et Bacchus mar-  
tyres in Syria.  
**S.** Julia virgo martyr in Sy-  
ria.  
**SS.** Quartus et Marcellinus  
Capuæ in Campania Ita-  
liae.  
**S.** Marcus Papa confessor  
Romæ.  
**S.** Helanus presbyt. conf. in  
pago Remensi in Gallia.  
**C** S. Leopardinus monachus  
M. Albiniaci in pago Bor-  
bonico.  
**S.** Augustus presbyt. abbas  
apud Bituricas in Gallia.  
**S.** Palladius episc. conf. Me-  
diolani Santonum in Aqui-  
tania secunda.  
**S.** Ositha vel Osgitha, V. M.  
in sui nominis oppidulo  
comitatus Essexiæ in An-  
glia.  
**S.** Adelgisus episc. Nova-  
riensis conf. in ducatu  
Mediolanensi.  
**S.** Martinus primus abbas  
Belli-fontis, nunc Vallis-  
paradisi, in Legionensi  
regno Hispaniæ.  
**S.** Geroldus Coloniensis, pro  
martyre cultus, apud Cre-  
monam in Insubria.  
**S.** Pipio diaconus conf. Bel-  
næ in Vastinensi Galliæ  
tractu.

## PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES RELATI.

**S**anctæ Pharaidis corporis Gan-  
davum relationem hac die  
signat Ms. Florarium San-  
ctorum hoc modo : Apud  
Gandavum Relatio sanctæ  
Pharaidis virginis, sororis  
sanctæ Gudule virginis, de stirpe Karolidi-  
num. Hujus sanctæ Virginis gesta exposita  
opud nos sunt, de ejusdemque translationibus  
actum est die iv Januarii.  
**S.** Virgilius, Arelatensis archiepiscopus in Gal-  
lia, hodie legitur apud Bucelinum in Menolo-  
gio Benedictino. Actum de eo in Opero nostro  
est die v Martii.  
**M**arci eremita in Ægypto, qui Anachoretarum

Vitas scribebat, hodie meminit Franciscus  
Maurolycus in suo Martyrologio, eumque  
secuti sunt Ferrarius in Catalogo Generali  
Sanctorum, qui non leguntur in Romano,  
auctiorque Martyrologii Germanici, at de cultu  
illius nūl proferunt. Vide, quæ de eodem anno-  
tata apud nos sunt in Synopsi historica de  
altero S. Marco monacho in Ægypto ad diem

v Martii.

SS. Silvii, Hilarii, et Honorati, episcoporum  
confessorum, et Pappoli episcopi et martyris  
Inventionem Tolose hoc die memorat Mola-  
nus. Simili modo Saussayus in Martyrologio  
Gallicano ad eundem die habet : Tolose in-  
ventio sancti Pappoli episcopi et martyris,  
necon